

sciat se compositurum auri obrici mille libras, medietatem fischo imperiali et medietatem predicti loci hominibus.

Signum domini Federici Romanorum imperatoris invictissimi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.CL.VIII., indictione septima, regnante domino Federicho imperatore serenissimo. Ego Raynaldus sacri pallatii imperialis cancellarius recognovi, anno regni eius septimo, imperii vero quarto. Datum in Territorio Vercellensi apud castrum Aucimianum, VII. kalen. februarii.

Ego Anselmus Rabia filius condam Jacobi Rabie de Modocia contrate Subturreis notarius sacri pallatii hanc cartam traditam et imbrevisatam per ipsum condam Jacobum patrem meum et que nundum facta erat et in cuius loco sum ex mandato consillum iusticie Mediolani ex imbrevisaturis illius condam Jacobi extraxi et scripsi.

Beilage 2

Otto III. erhebt das durch Urtheilsspruch ihm zugesprochene Monza zu seiner besonderen Residenz und Reichsstadt, welche niemals als Lehen ausgegeben oder auf andere Weise dem Reich entfremdet werden darf, dessen Bewohner in jeder Hinsicht frei sein und im ganzen Reich freies Geleit haben sollen, um sich an die kaiserliche Residenz wenden zu können.

----- (unecht)

Bonincontro Morigia, Chronicon Modoetiense, Muratori, Rer. It. SS. XII, Mailand 1728, col. 1080 (lat. Fragment). Historia della corona ferrea ... descritta dal sig. Bartolomeo Zucchi ... ritornata alle stampe e dedicata ... da Francesco Andrea Lesmi Monzese ... In Milano 1707, p. 39—41 (ital. Übersetzung). Vgl. Haase S. 121—124. Reg. Stumpf nr. 1298.

Wir geben zuerst das lat. Fragment, sodann die ital. Übersetzung. Sie enthält Ungenauigkeiten und Mißverständnisse. Die Arenga und nahezu das ganze Eschatokoll fehlen. Diejenigen Teile des lat. Fragmentes, die mit Beilage 1 genau übereinstimmen, und diejenigen der ital. Übersetzung, die sich an Beilage 1 anlehnen, erscheinen in Petit.

Modoetiam specialem sedem nostram, quae caput Lombardiae et sedes regni illius esse dignoscitur, in qua etiam nostri antecessores de iure regni coronari consueverant, cum burgo et prato et omni districtu et pensitationibus et cum omnibus possessionibus ac pertinentiis suis, insuper cum omni familia intus et foris ex legali sententia iudicum Lombardiae cum omni integritate recuperavimus. Hunc itaque praedictum locum nostrae tantum iurisdictioni et soli nostrae potestati specialiter